

§. VII.

Filii tantum succedunt in hæreditariis Regnis Gallia, Successio Filiorum
Ottomannici Imperii, Porussia & Sardinia.

§. VIII.

Filiae contra Successionis capaces sunt in Regnis Bo- & Filia-
hemia, Magna Britannia, Dania, Hungaria, Portugallia, rum
Russia, Svecia & Sicilia.

§. IX.

In Hispania denique, pro diversitate casuum, mox soli Mixta.
Filii successuri sunt, mox etiam Filiae.

§. X.

Porro Ius hæreditarium in nonnullis Regnis adstrictum Restrictio Iuris hæ-
reditarii
est ad quasdam Conditiones, easque vel intuitu Religionis,
vti in Magna Britannia & Dania, vel Matrimonii, e. g. in
Portugallia, vel supremi Domini, scilicet in Porussia, ne de
Capitulatione Danica aliquid dicamus.

§. XI.

Denique Electio quoque passim Legibus restricta est, & Electio-
e. g. in Polonia & Pontificatu Romano; de Germania enim nis.
idem male prædicatur.

SECTIO SECVNDA,

DE

SVCCESIONE IN REGNUM BOHEMIAE.

§. I.

DE BOHEMIA olim, maxime circa tempus Belli tricen- De Regno
Bohemiae:
vtrum
electitium
sit an hæ-
redita-
rium?
nalis, disceptatum fuit: vtrum electitium sit, an ve-
ro hæreditarium? (1)

(1) Iam An. 1575. RICHARDVS STREINIVS, L. B. de Discepta-
tio.
Schwarzenau, iubente Imp. Maximiliano II. conscripsit:
*Information des Hauses Oesterreich erblichen Succession
zu der Cron Böhheim, und welchergestalt auch sonst die
Yly* Suc-